

SBd

E libris
gymnasio Mauritano Magdeburgensi

a venerabili

Carolo Funk

theol. doctore et gymnasii directore

a. 1857 hereditate relictis.

G. f. 171.

76
ΘΙ Σ Τ Ε Φ Α Ν Ι Τ Α Ι , *

^{sive:}
VIR PLVRIMVM REVERENDVS, AMPLIS-
SIMVS ATQVE DOCTISSIMVS

DOMINVS

CHRISTOPHORVS
ANTHONIVS HANCKELIVS,

Ad Aedem sacram Francohufanam, per annos aliquot
feliciter reparatam, et Dom. XIV. post Trinit. anno MDCCXXVII Sacro-san-
ctae et indiuiduae Trinitati folemniter dedicatam, PASTOR primum
constitutus, & optime meritus,
nec non

VIRGO NOBILISSIMA, ET NVLLIS NON
SEXVS SVI ORNAMENTIS CON-
DECORATA

HENRIETTA
JULIANA

VIRI PLVRIMVM REVERENDI, AMPLISSIMI
ATQVE DOCTISSIMI DOMINI,

DOMINI

M. JO. ARNOLDI
ZEITFVCHSII

Celfiffimorum Comitum de Stolberg, Inspectoris, et
Consistorii Assessoris grauissimi, Diaconi item Stolbergenfis Ecclesiae
merentiffimi, vt et Scholae ibidem et Orphanotrophii
Ephori vigilantiffimi,

FILIA VNICA,

optato coniugio nexi,

Ipsis nuptialium solemnibus, quae die XV. Jun. anno MDCCXXVIII Stolber-
gae celebrabantur, epithalamio quodam festinato, tanquam corona florea,
amicitiae, et ingenui adfectus signo distincti

MINISTERII ECCLESIASTICI FRANCOHVSANI
COLLEGIS.

* Ita Theophani in chronico vocantur noui coniuges, ob coronas nimirum, quas nouis nu-
ptis imponebant Graeci aequae ac Romani, antiqua profus et firmata consuetudine, quae
vel hodie durat apud nostros, vti loquitur celeb. D. Val. Ernst. Loeffcher Stromat.
Sect. XIV. annot. in Colurbi de raptu Helenae lib. I. vers. 28. p. m. 375.



Ur, cum quisque thori sociam legisset amandam,
Serta, per opratas bene confocianda Napaeae,
Conscia Cypriadi fuerint aliquando vocata? *
Quaeritur: in promptu causa est; nam more re-
ceptum,

Vt, qui coniugii partes, Paphiaeque subirent
Foedera, puniciis praecincti tempora vinclis,
Starent. Haud aliter cana de gente Pelagus, **
Nec secus Hebraeus, *** celebri et Romanus ab ortu
Descendens, consuetus erat. Quid? quod quoque postes
Testorum, sub quæis sociale cubile dabatur,
In summos apices umbrosa fronde virebant. ****

Scimus id, & longo memores deducimus aevo,
Scimus, et optati riguos spatiamur in hortos,
Nam tepet apricus, Zephyris spirantibus, aër,
Blandaque purpurei voluntur tempora veris,
Almaque foecundo se vestit gramine tellus.
Erramus varios secessus inter amoenos,
Prata videmus, vbi florum miramur honorem.
Arua patent, per quae mollis strepit aura Fauoni.
Singula culta patent, grauidamque minantur aristam.

Grex

* Martianus nempe Capella Lib. IX. ut est apud Loescherum, ista denomina-
tione usus est, versu quidem sequenti:

Conscia jam Veneri noua sarta parate Napaeae.

** Huc forsan referri meretur observatio Allatii aduersus Meursium libro de
Dominic. & Hebd. Graec. §. 35. apud Graecos, inquentis, coronis sponfi
coronabantur, ideoque coronari cum aliqua, est sibi aliquam in matrimo-
nium collocare, nec plus dicit *σεδαντα μετ' αυτης*, quam *τιλες τι γαμη-
λαια*, quam obseruationem Loescherus l. c. elegantem merito vocat, et
ex phrasi: *λαυβαίον τῷ γαίῳ εἴφανον*. ortam putat.

*** De coronis nuptialibus Ebraeorum ad formam lisdis, coronatae turribus,
vid. Wagenfeliuss in Sota p. 963.

**** - - Jam sessa seruet domus utraque pompa

Fronda virent postes. Status Sylv. lib. I. carm. II. v. 23.

Grex hinc luxuriat, resilitque erraticus; illinc
Magnus honor syluis. Ludunt in amore volucres.
Non gemitus vidui, (moestissima signa) per auram
Turturis auditur, sed frondibus ampla sub altis
Testa cohors auium modulatur dulcia quaeque
Non sibi verum aliis. Erramus, sed modo nobis
Dulcia comparent animi solaria nostri,
Vitis agit gemmas, et frondes explicat omnes,
De grauida dulces partura propagine fructus.
Elysijs audax miretur Graecia campos.
Thessala terra situ meliore iacere putetur.
Canter, ceu sinevit, Baiis praelucet amoenis
Nullus in orbe locus, Flaccus, sed et Italus alter
Oenotrios, quos findit, agros, iactare perinde
Contendat. Prius est, quam nunc, regione, videmus,
Nil quicquam. Sed in his nobis quid, quaeso, fatendum est?
Alma, fatemur, habet nos charos vndique cura
Numinis, & nostras res fataque dirigit omnes.
Anxius vt tenerae custos sat praecauerit agnae,
Sic, ne deficiat, vitae quod postulat vsus,
Prospicit, & breuibus, sat tempora nostra coronat.

Erramus longum. Tandem quid corde premamus,
Si quisquam cupiat cognoscere, ferre parati.
Scilicet, haud quaeuis remorari gaudia nostrae
Telluris, nobis consultum iamque putatur.
Non iuuat, aligerae voces audire catervae.
Non, quae praecinctis genus omne canore volucrum,
Millia dum promissis discrimina gutturis, vsa
Flexibus argutis, non nos, Philomela, tenebis,
Nec iuuat annosas, expanso culmine, fagos,
Non hortos, vitem, suauissima dona, tueri.
Non, quas flauentes aetas protrudit aristas,
Non, quot ager teneros pascebat fertilis agnos.
Sed iuuat, in viridi vestigia ponere prato.

Hic adsunt pueri, gratissima nomina Jovae,
Quorum voce sibi laudum instrumenta parauit.
Heus! pueri, quae dico, animis aduertite vestris.
(Vnus enim nostrum claro sic ore locutus.)
Ite statim, varios decerpente pollice flores.
Sistite decerptos, largos distinguite lauro,
Distinctos decorate simul bene rore marino,
Sive rosa aetherea, decoratos nectite docte.
Connexos tandem nobis afferte parati.

Nunc locus affari Sponsum, nunc floridam molli,
De quibus est dictum, jungamus ferta capillo.
Fallimur? an Sponsi caput exornare sacerdos

Floribus

Floribus incept? minimum benedictio facta est. *
 Nam venit e templo Sponsus, firmavit ad aras
 Quam dedit ante fidem thalami. Nunc jungere dextram
 Dextrae quisque studet Sponsi, nunc gaudia produunt,
 Fausaque certatim Sponso Sponsaeque precantur.
 Ergo quid est opus hanc nostram producere Chlorin?
 Stat tamen haec constans animi sententia nostri:
 Vos, quibus in praesens nimium felicibus esse
 Contingit, *Comitum magnorum* sede celebri,
 Hic, ubi grata quies, et amanda silentia ruris,
 Hic, ubi dulcisonis resonat concentibus aër,
 Et simul aërei mellis coelestia dona
 Sedibus innumeris apibus ingeniosa recondit,
 Solenni taedas ritu celebrare iugales.
 Vosmet noster amor sacra redimire corona
 Contendet, jungemus enim pia vota precesque:
 Sis felix, faueatque Tuis concordia votis,
 Sponsæ, Tibique fluant fortunatissima quæque.
 Et Tu, Sponsa, piis fidisque Parentibus orta,
 Tu, quam virtutis multae monumenta coronant,
 Famaque, quae de Te nostras peruenit ad aures
 Praedicat, haud alia, quam Sponsus, forte salutis
 Vtere, et his nostris interlis laetior oris.
 Si quae decrevit thalami monumenta lehoua,
 Haec Vobis veniant felici fidere. Tandem
 Alterius vitae Vos ornet laeta corona.
 Quam, quaeso, aeternos *STEPHANITAS* esse, iuvabit!

* Benedictio sacerdotalis Graecis exprimitur nonnunquam per $\pi\epsilon\tau\phi\alpha\iota\sigma$ et
 verbum $\iota\delta\omicron\gamma\epsilon\iota\varsigma$ de matrimonio vsurpatum, Zygomulae apud Crustum
 Turco-Graeciae L. III. redditur per $\pi\epsilon\tau\phi\alpha\iota\sigma$, quae denuo elegans
 summi Loetcheri obseruatio est. l. c.



78 M 428

Sign. (188) fehlt bzw.
coll. nicht vergeben!



Sb.

1077

R.40



ΟΙ ΣΤΕΦΑΝΙΤΑΙ, *

siue:

VIR PLVRIMVM REVERENDVS, AMPLISSIMVS ATQVE DOCTISSIMVS

DOMINVS

CHRISTOPHORVS ANTHONIVS HANCKELIVS,

Ad Aedem sacram Francohufanam, per annos aliquot feliciter reparatam, et Dom. XIV. post Trinit. anno MDCCXXVII Sacrosanctae et indiuiduae Trinitati solemniter dedicatam, PASTOR primum confitutus, & optime meritus, nec non

ISSIMA, ET NVLLIS NON ORNAMENTIS CONDECORATA

RIETTA LIANA

I REVERENDI, AMPLISSIMI DOCTISSIMI DOMINI, OMINI

ARNOLDI TFCHSII

tum de Stolberg, Inspectoris, et iiffimi, Diaconi item Stolbergenfis Ecclesiae et Scholae ibidem et Orphanotrophii phori vigilantiffimi,

IA VNICA, o coniugio nexi,

nae die XV. Jun. anno MDCCXXVIII Stolber- lamio quodam festinato, tanquam corona florea, et ingenui adfectus signo distincti

LESIASTICI FRANCOHVSANI LLEGIS.

antur noui coniuges, ob coronas nimirum, quas nouis nua ac Romani, antiqua prorsus et firmata consuetudine, quae os, vti loquitur celeb. D. Val. Ernst. Loescher Stromat. e raptu Helenae lib. I. vers. 28. p. m. 375.

busae, Literis Landgrafianis.

76

Am

